



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Ecclesiæ Ac Doctrinæ Lutheranæ Veritas, Ab
impugnationibus Novissimorum Papistarum, Præcipuè
Jodoci Kedpii, Nec non Viti Erbermanni, Vindicata**

Nifanius, Christian

Bilfeldiæ, 1673

§. 31.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35616

tisse talo. Res tunc & postmodum in eo statu mansit, quem urbium dignitas & ordo requirebat & Patres Chalcedonenses confirmaverant. Quæ hic à Theodor. Balsamone, Bellarmino, Baronio aliosq; objiciuntur, jam repetere ac refellere nolumus.

§. 31.

Sed ne gratis hæc de proprio sensu & privato spiritu dixisse videatur Erbermannus contra D. Musæum aliosq; Lutheranos sequentia subiungit: *Quia huc tandem lis universa Lutheranos inter & P. Keddiū ceterosq; Catholicos devoluta est, si Vir es, Musæe, hic pedem fige cum contribulibus tuis, & candidè quod res est, effare.* Nunquid primarius fundamentalis articulus juxta vos est ille de *Justificatione ex Fide speciali sine operibus ullis?* Annuis opinor; & qui posses aliter, cum Protestantes passim illum appellant suam, Cardinem, animam fidei, prorâ & puppim Christianitatis & Lutherus ipse omnium maximum? Jam vero si Augustane Confessio artic. XX. credimus, doctrina de Fide, quam esse oportet in Ecclesia præcipuam, tamdiu jacuit ignota, quemadmodum fateri omnes necesse est, de fidei iustitia altissimum fuisse silentium &c. Quam-

diu autem ita jacuerit ignota audiatur ipse Lutherus, qui lib. de summa mandatorum Dei aperte pronunciat, se neminem scire, qui de Fide & operibus recte judicare potuerit, exceptis Apostolis (imo etiam S. Jacobo excepto) In cæteris libris id nequaquam inventiri, ita ut mirum non sit, eam doctrinam nostris temporibus ita perisse & extinctam fuisse. Quid porro hinc conficiatur, nemo nisi cœcus non videt. Namirum articulus ille precipuus sub specie puri Evangelii & Verbi Divini non est nisi proprius Lutheri sensus XP seculis ignotus, quem ipse violentè verbis scripturæ S. affingit; cum potius Scriptura S. verbis apertissimis contrarium afferat Jacob. II. 24. Videlis, inquit Apostolus, quoniam ex operibus justificatur homo, & non ex Fide tantum. Hunc ergo fuisse privatum sensum Lutheri nemo negaverit, nisi eundem mentitum esse fateatur. Cum vero fuerit iste privatus Lutheri sensus seu occultum Spiritus testimonium in hoc principali articulo, nunquid idem merito judicamus de cæteris articulis, in quibus à Catholica Ecclesia diffensit. Hucusq; Jesuita. Sed hæc nondum evincunt Lutheranos pro Verbo Dei proprium sensum & privatum vertiginis Spiritum obtrudere. Agnoscimus articulum de Justificatione esse αὐτόπολιν confessionis Suntiæ Evangelice,

pre

pro cuius veritate ad mortem usq; decrandum est,
 Sirac. IV. 33. 34. unde tot & tanta ejus-
 dem encomia dimanarunt, qua passim in
 B. Lutheri scriptis aliisque nostris libellis
 symbolicis occurrunt, quorum cumulum
 adduximus in *Matæologia Labadiana* Sæc. IV.
 pag. 248. seqq. Hæc causa est, cur Diabo-
 lis hanc doctrinam à primis incunabulis
 tam varie artibus petierit suis. Hæc cau-
 sa, cur S. Apostoli, *tum* vivæ vocis præco-
 nio, *tum* divinis scriptis epistolis, *tum* primæ
 Novi Testamenti synodo Hierosolymis ce-
 lebrata, ab impostorum corruptelis tanta
 vigilantia asseruerint. Hæc causa cur Be-
 atus *Lutherus* reformationis initium inde
 capesseret. Porro agnoscimus doctrinam
 de Fide justificante diu jacuisse ignotam,
 in Papatu, quà tali, sed non in tota
 Ecclesia. Tam de doctrina, quam
 moribus Sacerdotum Papisticorum lu-
 culentum habemus testimonium Me-
 tropolitani Concionatoris *Jobannis Feri*,
 qui ex omni parte eos æquat *Pharisæis*,
 docentibus mandata hominum. & neglecta Fide
 & charitate, propter quæ externa instituta sunt, solis

externis gloriantibus, id quod non uni & alteri ille tribuit, sed ait, Exemplificandum per singula, annon constitutiones Ecclesiasticae plerumque præceptis Divinis æquentur, imo præferantur, annon Majores conscientie formentur propter illas, quam propter trans gressionem præceptorum Dei &c. quæ latè per sequitur in cap.XV. Matth. Consentit Albertus Piggius cont. 2. de fid. & just. Dissimulare, ait, non possumus hanc vel primam doctrinæ Christianæ partem (de justificatione) obscuratam magis, quam illustratam à scholasticis, spinosis plenisq; questionibus & definitionibus, secundum quas nonnulli magno supercilio primam in omnibus autoritatem sibi arrogantes & de omnibus facile pronuncianees, fortassis etiam nostram hanc damnarent sententiam, quâ propriam & quæ ex suis operibus esset coram Deo justitiam derogamus omnibus Adæ Filiis & docuimus unâ Dei in Christo nos niti posse justitiam, unâ illâ justos coram Deo, destitutos propriâ, nisi hoc ipsum astruxissimus aliquando diligentius.

§. 32.

Hoc quoq; observavit Noster Lutherus variis in locis. Locus ab Erbermanno citatus extat Tom. II. Jen. German. de summa præcepti Dei, ut & de abusu legis ex I. Tim. I. pag. 476. atq; ita habet : Ego ne-